UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Mena martyre. Cap[itulum]. xlviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

re migraſſe. Die autem depoſitionis ipſius: dū beatus ambroſius mediolani celebrans inter ꝓphetiam ⁊ epiſtolā obdormiſſet: ⁊ diu expectatus poſt duas horas ſubdiaconus lectorꝰ epiſtolam eum excitaſſet: euigilans dixit populo. Martinum turoni epm̄ quieuiſſe: ⁊ ſe funeris eius obſequiū feciſſe: ſed vltimā orationē excitatꝰ cōplere nō potuiſſe. Illi vero diē notātes et horā: poſtmodū cōpererūt illū expiraſſe: ⁊ ambroſiū epm̄ ibidē cognitum eius exequias celebraſſe. ¶ Scripſit aūt hic beatus pontifex librum de trinitate fidē catholicā cōtinentē

¶ De ſancto Mena martyre. Ca. xlviij.

Menas martyr in ſcytia metropoli phrigie ſalutarie paſſꝰ eſt: tēpore Diocletiani ⁊ maximiani imperatorū. Qui ex nobili egyptiorū prouincia ortꝰ ſub duce agricolao terreno regi militans: deinde militie tēporali renūcians: ſecreta cōuerſatiōe in heremo militauit. ¶ Cū aūt imperatorū natalitia celebrarentur: ⁊ diis ab omni populo immolaretur: ad vrbem venit: ⁊ ingreſſus theatrū dum idola execraretur: ⁊ ſe xp̄ianū libere ꝓfiteretur: tētus eſt a preſide: ⁊ pyrrho duci torquendus traditꝰ eſt: qui primo eum in cuſtodiā vſqꝫ mane recluſit. Celebratis vero feſtis gentiliū. Menam eductum ⁊ ſacrificare nolentem extēdi fecit: ⁊ neruis taurinis: ac bubalinis: atqꝫ virgis diutiſſime cedi mandauit: deinde ipm̄ in equuleo leuari: et vngulis laniari: ac lampadibus ad latera appoſitis inflammari: necnon cilicio madidato plagis eiꝰ ꝯfricari. Et demū carbones ignitos vulneribus ſupponi. Et cum hec oīa patiētiſſime toleraſſet: ligatis manibus: ac pedibus fecit illum per tribulos trahi: donec membra eiꝰ diſſiparentur: deinde plūbatis illū cedi mandauit: ⁊ maxillas grauiter contundi. Et dū in oībus in cōfeſſione dn̄i ꝑmaneret immobilis nouiſſime ipm̄ gladio aīaduerti ꝑcepit: corpꝰ quoqꝫ eius igne conſumi. Quod tn̄ furtiue a xp̄ianis de igne ſublatū: ⁊ camelo impoſitū angelo duce ad montē quēdā delatū: ⁊ ibidē quo deus per ſuū animal oſtēderet ſepultū eſt: baſilica deſup edificata. Proceſſu aūt temporis ipm̄ ſanctum corpus conſtantinopolim tranſlatū: ibiqꝫ honorifice conditū eſt. Paſſus eſt autem ſctūs martyr. iij. idus nouēbris.

¶ De ſancto Mena confeſſore. Cap. xlix.

Menas cōfeſſor in ſamnīj prouincia claruit tempore beati gregorij pape. Qui ſolitariā vitam ducens: nihil adverſum ſuum: niſi pauca apiū vaſcula poſſidebat. Huic cū longobardus quidā in eiſdē apibus rapinā voluiſſet ingerere: prius ab eodē viro verbo correptus eſt: ⁊ mox per malignū ſpiritū ante eius veſtigia vexatus. Sepe vero ex vicina ſilua venientes vrſi fauum eius comedere conabantur. Quod ille deprehēſos: ferula quā portare manu cōſueuerat cedebat. Ante cuius verbera immaniſſime beſtie rugiebant ⁊ fugiebant. Et que gladios formidare vix poterant: ex eius manus ictus ferule pertimeſcebant. Omnes vero qui ad ſe charitatis gratia veniebant: ad eterne vite deſideria accendebat. Et ſi quorum culpas per ſpiritum agnoſceret: nūqꝫ ab increpatione ceſſabat. Cōſuetudinem vero eiuſdem loci incole fecerāt: vt diebus ſingulis per hebdomadam vnuſquiſqꝫ oblatiōes ſuas trāſmitteret: vt eſſet: quod ipſe ad ſe venientibus offerre potuiſſet. Quidā aūt diues noīe catherius quandā ſanctimonialem rapuit: ſibiqꝫ illicito matrimonio cōiunxit. Quod mox vt vir dei cognouit: eum per nuncios acrius increpauit. Tuncqꝫ ille ſceleris conſcius ad eū accedere nō auderet: ne forte ipm̄ durius reprehēderet: oblatiōes ſuas īter alioꝝ munera ei miſit: vt eiꝰ dona neſciens ſaltem ſuſciperet. Sed vir dn̄i tacitus ſedit: oblatiōes oēs cōſiderare ſtuduit: ⁊ quas catherius miſerat per ſpm̄ cognouit: ſpreuit: ⁊ abiecit: dicens ꝙ oblationes illius recipere nolebat: qui ſuā deo omnipotēti acceperat. Qua ex re actū eſt: vt ꝑſentes quoqꝫ timor inuaderet: cū vir dn̄i tam ſcienter de abſentibus iudicaret. Hic ſanctꝰ vir poſt plurima perfectiōis opera ad xp̄m migrauit. Hec gregorius. iij. dialogorū. cap. xxvi.

¶ De ſancto verano epo. Cap. l.

Veranus epiſcopꝰ apud ciuitatem gaualitanam galliarum claruit tempore imꝑatoris valentis. Hic ex ipſius vrbis territorio nobilibus parentibus ortus: a puero deo deditus diuinis litteris imbutꝰ: adhuc iuuenis ſeculū dereliq̄t: ⁊ in eccl'ia migmatēſi īuitis parētibꝰ clericꝰ factꝰ eſt. Et in virtutibꝰ ꝓficiēs ad ſacerdotalē ordinē aſcēdit. Signiſqꝫ ingētibus ⁊ multis polere cepit. Sꝫ ꝓpter mltos ad ſe cōfluētes: fugiēs mūdi gl'iam: vno tn̄ aſſumpto comite ad ciuitatē gaualitanā deuenit: vbi dū eēt draco imaniſſimꝰ: q̄ hoīes ⁊ aīalia deuorabat: veranꝰ orās ipm̄ de ſpecu in quo latebat exire: ſeqꝫ ſeq̄ cōpulit: eūqꝫ ſe vt catulū manſuetū ſectāte vſqꝫ debroſonē deduxit: atqꝫ ibidem terre viſceribꝰ introcluſit. Deīde in ātro draconis eccl'iam dei genitricis edificauit: ibiqꝫ deo ſeruire cepit: verꝫ cū nec ibi etiā latere poſſet nec